

qd. Nicolai nasi, a medio transenda iuxta domum Guarnerii sellarii et iuxta viam puplicam titulo irrevocabilis donacionis. Ex qua mea donatione nichil aliud peto a dictis clericis preter Missas et orationes ad deum et quod dicti clerici et eorum successores teneantur anno quolibet facere anniversarium pro remedio anime mee et parentum meorum. Quatinus post mortem meam dictam domum dicti clerici et eorum successores habeant possideant et dominentur *etc.* Reservato tamen mihi usufructu dicte domus dum vixero. Guadium quoque tibi Recipienti vice nomine et pro parte dictorum Archipresbiteri et omnium clericorum ecclesie memorate dedi me Inde fideiubente, ut ego et mei heredes dictam domum libere ab omnibus hominibus defendamus *etc.* supposui omnia bona mea *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus dictis clericis Agustales auri decem et totidem parti Curie predicto notario partem ipsam pro parte Curie *etc.* Ex hoc autem facta sunt duo puplica consimilia Instrumenta unum quorum ad Cautelam dictorum clericorum penes ipsos habendum et aliud penes me retinendum per manus predicti Magistri Spine puplici Baroli notarii signo suo solito subscriptione predicti Iudicis et subscriptorum testium suscriptionibus robarata. Quod scripsi ego predictus Magister (*è ripetuto*) Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*C'è il segno*).

† Robbertus de argentera q. s. Baroli Iudex.

† rogerius filius Iohannis benevenutus testatur.

† Çaufridus Marini de falco testis.